



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Synopsis Annalium Societatis Jesu In Lusitania

Francus, Antonius

Augustæ-Vindelicorum, M. DCC XXVI.

Christo Rerum omnium Domino, ac Deo Supremo De Cruse suspenso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72313](#)



CHRISTO
Rerum omnium Domino,
ac
DEO Supremo
De Cruce suspenso.



Quum non est, mi Rex dolorum, ac tormentorum patientissimè, ut detur luci aliquid laboris mei, quod non prodeat Tuo Nomini, ac Numini consecratum. Hanc vitam, quam unicè Tibi debo, indulsti mihi non solum communī cæteris mortalibus beneficio, sed singulari dono, cum inquisimis sicarii petitus ferro tantum non effudi animam, non meā, sed tuā innocentiam me tutante. Ferebam tui de cruce pendentis simulacrum intra vestem occultum: quod mihi scutum fuit inexpugnabile, ne iætibus proditoris percussus occumberem. Ex eo tempore Te de crucis patibulo pendentem elegi rebus meis singulare numen, præsidium, & dulce decus. Idem piissimum

D E D I C A T I O .

mum simulacrum tanquam monumentum perenne præ oculis
habeo in cella, idem gesto appressum pectori, cùm itinera su-
scipio: ut ubique mihi mundi mare naviganti sis pharus accensa,
quam ne meis sceleribus patiaris extingui, etiam, atque etiam
oro. Excipe, & intuere placidissimis oculis, Rex benevolentis-
sime, hoc quale quale obsequium: tenuissimum fateor. Ve-
rū illud mihi animos facit, quod à servo vilissimo nullus Do-
minus potentissimus donum, quod se deceat, expectet; solum
attendens, quid possit servi tenuitas. Compendium offero re-
rum omnium, quas tua Societas Lusitana sub tuis auspiciis feliciter
est aggressa ab annis octoginta quinque supra centum.
Obitus illustres, & facta illustria tuæ Societatis filiorum conti-
net hujusmodi donarium. Unde Tibi non nostra, sed tua sistimus:
similes illis, quos locupletant ampli Reges, qui gratum
adversus Principem ostensuri animum, ex ipsis, quas acceperunt,
dixit honorarium adornant Regi præsentandum. Fac, Do-
mine mi, ut, quidquid egero, & scripsero, tuæ sit augendæ
gloriæ consonum, tuæ crucis vexillo magis explicando idone-
um, tuis sanctissimis plagis illustrandis aptissimum.

Minimus Tuæ minimæ
Societatis

Antonius Franco.

X 3

Præ-